6878 columna Capuae in domo Marapese.

Domino nostro
FLAVIO *Valerio*
COSTANTINO · PIO
FELICI · INVICTO · AVG
5 DIVI · COSTANTI · PII
FILIO

Descripsi a. 1873. Novi *iscr. mon. e vico* p. 45.

6879. 6880 col. mil. Capuae in domo Verrillo vidi a. 1873, deinde in museo Campano.

6879 SIER AVGGGES SNDHM

6880 O ET · MA

Descripsi.

III. VIAE LATINA LABICANA PRAENESTINA. *Roma Casilinum.*

A porta Capena quae exibat via, paullo extra moenia Serviana bivium habuit Appiae et Latinae, quibus duabus viis portae cognomines respondebant moenium Aurelianorum. Item ex Esquilina moenium Servianorum duae viae exibant Labicana et Praenestina, quarum bivium fuit ad ipsa moenia Aureliana; ibi enim portae duae fuerunt viis cognomines iuxta positae, hodie communi nomine dictae *Porta Maggiore*. Trium viarum Latinae Labicanae Praenestinae antequam iungebantur stationes fuerunt hae:

LATINAE:

ab urbe ab Decimum *m. p. X*
a Decimo Roboraria *m. p. III* *ab urbe m. p. XIII*

6881 effossa viginti abhinc annis in Latina X m. p. ab urbe in loco q. d. *lo Spinoceto* sive S. Andreae, adservatur in museo Ciampino CIAMPINVS 1688. Sine loco BARB.

D · N · IMP
MARCO · AVRE
LIO · VALERIO
MAXENTIO
5 AVG
MILIARIV

Io. Ciampini de sacris aedificiis a Constantino Magno constructis ed. 1747 (ed. 1 est a. 1693) p. 123 (inde Fabrett. 412, 354; Chaupy *maison d'Horace* vol. 2 p. 210. vol. 3 p. 461) eodemque opinor exemplo cod. Barb. 30, 92 f. 42.

Numerum qui deest dominus putabat fuisse X, Fabrettius XI.

Roborariis ad Pictas *m. p. XVII* *ab urbe m. p. XXX*

LABICANAE:

ab urbe Quintana[1]) *m. p. XV*

6882 columna miliaria rep. anno praeterito 1687 ad iactum lapidis a mausoleo Helenae [=Torre Pignattara tertio lapide ab urbe], nunc in museo Ciampino CIAMPINVS.

IMP C
D · N · M · AVR
VAL · MAXEN
TIO · P · F · PER
5 PETVO · INVI
CTO · AVG

III

Ciampinus de sacris aedificiis (Romae 1747; ed. 1 prodiit a. 1693) p. 123 cum tabula. Inde pendent Fabretti p. 377 et Anonymus apud Marinium cod. Vat. 9123.

1) Quintana sunt ipsi Labici dicti posteriore aetate *Lavicani* — immo *Labicani* — *Quintanenses* (Orell. n. 118). Labici autem secundum Strabonem 5, 3, 9 p. 237 distabant ab urbe Roma m. p. XIV.

Quintanis ad Statuas *m. p. III* *ab urbe m. p. XVIII*
Statuis ad Pictas *m. p. VII* *ab urbe m. p. XXV*

LABICANA POST RECEPTAM LATINAM:

Viarum Latinae et Labicanae ad Pictas iunctura efficitur ex mansionibus itinerarii Antonini utrique viae a Pictis inde communibus confirmaturque Strabonis testimonio expresso (5, 3, 9 p. 237). Duarum aliarum iuncturarum, quae in ea via fuisse creduntur, propter nomen Bivii, quod invenitur in tabula Peutingerana quinto lapide post Pictas, et propterea quod itinerarium Antoninianum viam Latinam ait intrare in Labicanam non ad Pictas, sed ad Compitum Anagninum, neutra certa est. Bivium illud si pertinet ad iuncturam Labicanae Latinaeque, Latina antiquo tempore in Labicanam incidit ad lapidem XXXV, id est ad Bivium illud, deinde tramite mutato ad lapidem XXX, id est ad Pictas; sed potest